

Med.

1870. April.

DISSERTATIO INAUGURALIS MEDICA;
DE IMMODERATO
ANXIOMOERORE,
MORBI
MORTISQVE AVTORE,

QVAM,

DEO T. O. DVCE ET AVSPICE
RECTORE VNIVERSITATIS MAGNIFICO,
PRÆNOBILI ET CONSVLTISSIMO

DN. TOBIA JAC. REINHARTHO,

JCTO, SACRI PALATII CÆSAREI COMITE, IVRIDICÆ FACVLTATIS ASSES-
SORE ET PROFESS. COD. PVBL ORDIN. NEC NON CIVITATIS
SYNDICO ET CONSVLE,

EX CONSENSV ET DECRETO INGLYTÆ FACVLTATIS
MEDICÆ IN PER-ANTIOVA HIERANA,

PRÆSIDE

DN. D. IVONE JOANNE STAHLIO,

MINENTISS. ELECT. MOGVNT. CONSIL. ET ARCHIATR. ANATOM. CHIRVRG.
ET BOTAN. PROFESS. PVBL. FACVL. MED. ASSESS. ORD. ET P. T. DEC.
N. N. CIVITAT. ERFORD. CONSVL.

PATRONO AC PROMOTORE SVO COLENDISSIMO,

PRO LICENTIA


SVMOS IN ARTE MEDICA HONORES AC PRIVILEGIA
DOCTORALIA RITE OBTINENDI,

PVBLICÆ ERVDITORVM CENSVRÆ SVBMITTIT,
AVTOR ET RESPONDENS,

JOANNES Ehrenfried ZACHLER,
Rutensis Siles.

IN AVDITORIO MAJORI COLLEGII MAJORIS, HORIS CONSVETIS.
DIE III. DECEMBR. A. MDCCXXXII.

ERFORDIÆ, Typis IOH. CHRISTOPHORI HERINGII, Acad. Typogr.



Q. D. B. F.
P R O Æ M I U M



Cientiarum cupidi physica-
rum, dum earum culmen af-
sequi student, initium pro il-
lis addiscendis faciant, neces-
se est in genuinis rerum co-
gnoscendis causis non tam
secundariis, quàm potius primariis atque essen-
tialibus; his enim cognitis non tantum essen-
tia sed & effectus corporum physicorum se
manifestant intuenti atque ruminanti physico:
qua de causa Princeps veterum & modernorum
Peripatheticorum Philosophorum ARISTOTE-
LES in omnibus & præsertim homine eò re-
spexit, ut per causas eorum essentielles, etiam ho-
rum essentia atque effectus se sistent indubi-

tate Physico. Ille itaque acutè ac profundè ho-
 minem perpendens, deprehendit illum constare
 corpore, utpote causa materiali, artificiosè unito,
 sive machinâ artificiosissimâ, & spiritu immate-
 riali, rationali gaudere, quapropter appositè pro-
 nuntiavit hominem esse animal rationale: ratio-
 ne enim materialitatis corruptibilis convenit
 cum aliis animalibus irrationalibus. Cùm verò
 homo ob suam essentialem alteram partem spi-
 ritualem atque rationalem ratiocinetur, conclu-
 datque prudenter juxta intellectus discrimina-
 tionem falsi à vero, sic rectè dicitur, hominem ef-
 se animal rationale, distinctum ab irrationali,
 bruto. Jam verò hoc ordine servato non so-
 lum Physico, sed & maximè Medico eruendi
 sunt effectus contingentes in tam nobili, inò
 nobilissimo composito. Nolo verò hic multa
 verba facere de diversarum sectarum opinionibus
 atque scrutiniis, collimantium ad oppositas
 & contrarias effectuum, investigationes: dum
 hi soli structuræ mechanicæ, ut agunt automa-
 ta, atque machinæ hydraulico-pnevumaticæ, alii
 principio rationali atque immortalis, animæ vi-
 delicet, omnes effectus quocunque modo spe-
 ctatos

ctatos, considerandosque adscribere volunt;
 hoc tamen certum est, per ultimam doctrinam
 plurimos non posse deduci rationaliter effe-
 ctus, non tamen etiam omnem illi derogandam
 esse efficaciam, quod monstrant animæ sive
 animi pathemata, quæ etiam hujus sententiæ
 potissima atque sola fulcra sunt: meò judiciò
 videtur, illud extra dubium esse, quòd pars es-
 sentialis unius totius & compositi organici po-
 tentiam habeat exercendi suam virtutem, eden-
 dique varios motus ac actiones in sua machi-
 na organica. Cùm ergo corpus in se confi-
 deratum, ut anima rationalis, est pars ho-
 minis essentialis, habebit illud, ut hæc, vim
 & efficaciam agendi in toto. Transeant ve-
 rò hæc, cùm me minus feriant, & potius, ut
 propiùs meum accedam scopum, quædam de
 animi partis essentialis, rationalis pathematibus
 discursurus sum. Hæc enim magnam possidere
 vim agendi in corpus proprium pro conservan-
 da & lædenda sanitate omnes à prima no-
 stræ artis ætate ad hoc usque præsens tempus
 agnovère Autores, confirmante experientiâ;
 ideo etiam doctè FERNELIVS *Patholog. L. I.*

Cap. 8. fol. 141. ita differit: *Si quis animi perturbationibus vacaret, posset & sine his integra nihilominus sanitate vitam traducere.* Quot non exempla mortis attestantur ex terrore subito, vid. ZACVT. LVSITAN. *Prax. adm. obs. 31. L. 1.* Ex ira & gaudio nimio mortuos fuisse variæ confirmant relationes: quod & de alii mentis perturbationibus hinc inde legi potest; mihi sufficit pro nunc, thematis locò, immoderatus anxius mœror, morbi mortisque Autor, cuius indolem ritè ut explicem, cumque in homine hospitantem sterni aptè doceam, imploro DIVINUM NUMEN, velit mihi sua gratia assistere!

§. I.

NE quis arguat, præfixum titulum huic dissertationi esse fictitium, adeat quotidianam non tantummodo praxin, sed simul intelligere allaboret eos Auctores, qui de morbis, ex animi pathematibus perverſis oriundis, varia adnotarunt, de quibus quidem jamdum quadam sub præmio tacta videntur, at tamen ut verba, sensusque defendantur tituli, non tam autoritatis, quam veritatis locò audiatur ETTMÜLLERVS in *Instit. Med. Patholog. Theſ. II. fol. 51.* hæc scribens: *Animi denique motus seu effectus, valdè nos alterant, morborumque sepe atrocium sunt auctores.* Sin itaque generaliter animi effectus, intelligantur perverſi, auctores morborum fiant atrocium, quid aliud sentiendum erit de anxio immoderato mœrore, quam, quòd hic etiam erit auctor morbi sat atrocis, inducentis atque causantis mortem.

§. II.

§. II.

Cum immoderatus, anxius mœror inter pathemata animæ locetur, uti paululum post dicitur, requiritur necessariò scire, quid sint illa. Sunt verò animæ pathemata nil aliud, quam passiones animæ, id est, quòd anima quid patiatur secundum suum objectum, quòd vel nimis amplectitur, vel odit atque aversatur, persequiturque: Dum anima amplectitur objectum per gaudium v.g. ab eo afficitur, & patitur vim gaudii, resultantis ex objecto delectabili concepto. Dum verò ea odiosa percipit, hisque affligitur, quoque patitur, ergo in utroque casu patitur; hinc etiam pathemata suum ortum habent à ~~tra~~ patior. Illa ipsa verò passio tum aversoria, tum delectatoria, quatenus ab anima perficitur, est actio, cum verò hisce affectibus præsertim vehementioribus simul afficiatur atque patiatur mens, hinc etiam vocantur pathemata sive passiones animi. Quoniam ergo immoderatus & anxius mœror ex vi objecti suscipitur, ab anima percipitur, & eum patitur, necessariò quoque ad animæ pathemata, sive passiones referri debet.

§. III.

Est verò immoderatus anxius mœror, illud animi pathema, in quo super quid plorat & angit mens immoderate: sive est angor animi mœstus excessivus. Sub angore nil aliud intelligimus, quam quòd ipsi homines angentes putent factam rem, esse vel actu, vel futuram admodum noxiam, atque præjudiciosam tam quò ad temporalia, quam sempiterna; & dum hæc in animo pervolvunt atque cribrant, afficiuntur non tantum mœrore, sed & anxietate, quibus longius vel intensius indulgentes, reddunt has animi passiones immoderatas; unde oritur & est anxius immoderatus mœror, turbans atque violans motus, actionesque in statu naturali. Dum verò hæc perturbatio causata est, pedissequa mala, continentia causam morbi, mortisque, subsequuntur. Non abs re, judicetur, hæc esse dicta,

nam non loquimur de simplici mœrore, sed composito, habente insimul anxietatem conjunctam, hinc est duplex animi pathema, de quo pauci verba fecerunt; potest enim quis tristari, lachrymari, abs eo, quod anxius sit de passio vel patiendo malo: in exemplo res magis claret, v. g. ponamus filium audivisse, Parentem morbo correptum, vix evasurum è mortis faucibus; ille tunc & contristatur, & anxius est, an non jamdum Parens obierit, vel moriturus sit; ex cujus morte varia sibi præconcepit, atque præmeditatur anxie mala, habet itaque hic filius duplicem animi passionem. Alius verò mœret de alterius vel proprio infortunio facto absque anxia reflectione, quid ipsi contigerit vel quid ex eo eventurum sit, & sic est simplex non compositus mœror cum anxietate: qui, verbò, mœror anxius & immoderatus est illud animi pathema compositum excessivum, in quo mens admodum deplorat factum malum, & anxie reflectit, esse actum, vel exorturum adhuc pejus cum perturbatione actionum vitalium, naturalium & animalium, ex qua morbus, morsque haud raro sequuntur. Solet itaque talis mœrens semper pejora timere, & quidem cum anxietate; quale duplex, etsi non nostro, meriti adæquatam animi pathemiam FERNELIVS citato Capite fol. 142. de Agonia profert sequentibus verbis. *At verò Agonia, id est certamen, utroque motu vehementer concutit: quumque ex timore & ira constat, amborum pericula motu tamen inæquabili intendit.* German. audire potest, *die ängstliche Traurigkeit.* Sive exprimitur: *Ich bin voller Angst und Betrübniß, was daraus entstehen wird?* Derivationem vocabulorum nostri thematis docent verba latina.

§. IV.

Cum hucusque dixerimus de mœrore illo, qui est anxius & immoderatus, meritò ea debent considerari, quæ illum immoderatum efficiunt; quò enim immoderatio est, eò magis est morbi, mortisque autor: immoderationem verò faciunt tempus sub quo inharetur illi, & ipsa vehementia hujus passionis animæ, nec non constitutio

stitutio agentis: per tempus inhesionis intelligimus illud, dum talis mœrens per diuturniora temporis spatia illi indulget, atque absque quasi intervallis continuo plorat, atque recordatur factorum, quorum eventum pejorem futurum pertimescit. Vehementia desumi debet ab ipso actu hujus pathematis, quod per similitudinem alius pathematis, v. g. terroris doceri valet: hic enim persæpe ita vehementis fit, quòd immediate mortem causaverit, hinc & nositer ita vehementis est sæpe mœror, quòd exinde brevi sat temporis spatio filium rescindatur vitæ. Immoderatus tandem mœror accidentaliter magis, quàm essentialiter contingit in subjectis valetudinariis atque morbo correptis, ut infra exempla docebunt, in quibus ob jamdum varias præsententes læsiones, adhuc magis actiones vitales & naturales vitiantur atque morbi præsentés exacerbantur aut alii excitantur, inferentes mortem: talia enim subjecta, ut facile à quavis alia re, ita etiam perverso animi pathemate gravius atque immoderatus afficiuntur.

§. V.

Indagemus nunc, oportet ipsas causas hujus animi pathematis; formalem verò atque efficientem, vix ullus negabit, esse animam nostram rationalem, quæ eò maxime per extrinseca contingentia atque accidentia, de- & perducitur: sunt verò hæc ipsa varia, concernentia temporalia atque æterna. Illa complectuntur ea, quæ pertinent ad res physicas atque morales transitorias. Sub illis notamus varia in fortuna accessa primariò corpori alendo, ut est depauperatio per fortuitos casus, furtum, incendia, aquarum profluvium, & reliqua, quæ eò tendunt, & animum mœrere angereque faciunt. Moralia judicamus ea, quæ propius animum, quàm corpus afficiunt, vel ob propriam vel alienam v. g. amicorum, prolium causam. Ob propriam causam, nil magis quosdam in hoc animi pathema sternere valet, quàm facta & adhuc gravior metuenda prostitutio atque persecutio; de facta enim persecutione tristatur, & dum sollicitus vivit, nè gravior fortassis subsequatur, angit,

git, atque statum jamdum deplorabilem, anxiozem causat. Mœrent & angunt illi immoderatè, qui aliquod objectum immoderatè ac avidè quærunt, & illud non obtinent. Huc spectat timor futuræ mortis morbo correptorum, vel eorum, qui ex supplicio eam justè metuendam atque prævidendam habent. Non alius farina sunt ex animi perturbationes, quæ in morbis non quidem lethali- bus, sed tamen dubiis, an penitus poterunt extirpari, oriuntur, uti mihi exemplum constat de quodam, cui putabatur ex casu femur esse fissum cum prognostico, eundem per totum vitæ tempus claudum debere manere, auditò hoc prognosticò non tantùm tristitia emittebat continuò suspiria, ast admodum anxii speculationibus dies noctesque consummebat, subsequētis irregularibus moribus vitalibus, atque mali hypochondriaci fonticis symptomatibus. Imò ut & quædam de constitutione mala præsentis corporis, atque mentis anxietatis tangam, idem notabili quodam exemplò declaro; laborabat videlicet vir temperamenti cholericomelancholici febre tertiana, hic continuò mœstus, atque anxius, tum ob futuram prostitutionem, tum ob pœnam subsequēturam suorum delictorum imputatorum, conjiciebatur in febrem malignam funesto cum eventu. Ob alienam nempe causam, præsertim Parentes tristantur & angunt, dum liberos atque proles mala pati vident, quod de Matre laborante febre continua benigna confirmare verè possum, hæc enim videns, filiam suam charissimam quoque jamdum febrilibus symptomatibus vexari, afficitur mœrore anxio atque immoderato, per quem benignitas febris in malignitatem commutabatur infelici exitu: Sempiterna, quæ de reliquo quidem Theologis, atque S. S. L. L. studiosis relinquenda videntur, versantur enim de futura salute atque animæ beatitudine, quatenus verò & hæc quosdam feriunt, atque anxios, moltosque animos inferunt, Medicus ea scire, atque pensitare debet: Sub quibus itaque dictis omnia inclusa volumus habere, quæ ex fonte morali aut physico quocunque hoc animi pathema progignere valent.

S. VI.

S. VI.

Convertimur paululùm remotius ad alias causas, quæ hunc malum animi corvum excubant: inter has est præsertim temperamentum melancholicum, qui enim hujus sunt conditionis, ex levi causa tristi atque odiosa immoderatè angunt. Viri & senes præ pueris atque Juvenibus huic sanitaris hosti obnoxii sunt; & quoniam scemina tam quò ad corpus, quàm animum sunt magis sensibiliores, quàm mares, hinc & illæ, præsertim melancholica levi data ansa hoc experiuntur animi fatum. Non tamen excludimus mares imprimis eos, qui superbæ sunt frontis, voluntque ab aliis plus justo honorari, laudari, quo non obtento sine, fiunt tristes atque immoderatè anxii, nè magis vituperentur, atque vituperio eorum acta coronentur. In illis, qui, à Parentibus hujus sortis, nati sunt, successu temporis, data causa morali vel physica ordinariè resuscitatur hic animi affectus. Nec minùs frequentius hac animi perturbatione vexantur illi, qui jamdum hanc aliquoties perpessi sunt.

S. VII.

Cælò serenò & mens levia adversa non curat, dum verò aër nebulosus, pluviosus atomis refertus est, per quem transpiratio insensibilis impeditur, languidiorque sanguinis circulatio exoritur, contingit, quò dispositi ex leviori causa adventitia mœreant atque angant. Cibi atque potus acidi, viscidi, chylum præbentes similis conditionis disponunt non minùs ad hoc animi vitium. Quid somnus nimius, atque quies conferant ad mœrorem docent pathologi, nam sub his duabus rebus non naturalibus vitiosè usurpatis motus sanguinis circulatorius atque progressivus imminuitur, fibræ totius corporis languidiores factæ torpent, hinc in visceribus colatoriis necessariæ secretiones atque depurationes humorum viscidorum atque acidorum retardantur, qui tandem ita disponunt corpus, ut anima in mœrorem anxium immoderatum conjiciatur facilius, quàm in illius corpore, cujus est serenum, carensque

B 2

dictis

dictis humoribus: non negandum enim est, sequi mores animi, constitutionem corporis materialis, nam videmus id in diversis temperamentis, diversos edi videlicet affectus animi, nisi per consuetudinem, & vim habitus supprimantur, atque quasi inclinationes velò obtegantur. Similiter, si non frano coerceantur, atque retineantur leviores animi afflictiones tristes maturè, tunc in consuetudinem abeunt, hominemque diu noctuque excruciant, & præ tristi anxietate marcescere eundem faciunt. Taceo excretionem humorum inutilium suppressas sive per menses, sive hæmorrhoides, sive per alias vias emunctorias: in omnibus enim his ob depravationem, dyscrasiamque sanguinis viscidam, acidam subnatam, suppeditatur fomes materialis, quòd immaterialis anima anxios atque immoderatos tristes in adversis certis, dictis nempe, formet conceptus. Ex rebus præternaturalibus potissimum malum hypochondriacum, hystericum, melancholicum, cacochymicum acidum allicit animam, quòd hæc suum corpus anxio & tristè, trepidèque regat atque gubernet. Et hæc sunt, quæ viam vel immediatè vel mediatè, ut contenta in his ultimis duobus §§. ad hunc animi affectum disponunt atque aperiunt.

§. VIII.

Effectus Animi ita constitutus, turbans omnis generis actiones variorum atque atrocium morborum faber atque autor est; nam sub mœrore tali constitutus homo nunquam quiescit, sed continuo diu noctuque spiritus animales occupatos in centro quasi cerebri pro formandis variis inutilibus atque anxiiis ideis servat, qui ob continuum suum motum indies ab & consumuntur, unde fibrarum vigor totius corporis relaxatur, labefactatur: hinc motus sanguinis circulatorius, atque cribratorius: quòd ad aliquid inhibetur, à quo sanguis spissescit, suscipitque moram in variis partibus: & dum hic sanguis spissior vasa initialia, hæc ob amissum toni vigorem aliunde laxata, fecernenda inutilia, multò minus spissiore sanguinem non

non admittunt, hinc & reluctant atque imminent M. S.; quæ eandem variò modò in sua crasi turbare, atque inquinare debent. Impediuntur enim inutilium feroforum viscidiorum humorum secretiones in tubulis renalibus: respuunt se- & excretionem vaporosarum fuliginum fibrillæ periphericæ atque cutaneæ: mucum ferofum non transmittunt ea loca, quæ huic fecernendo dicata sunt: intestina torpent, segniusque sua excrementitia contenta expellunt: quid, aliud quæso, subnasci poterit, quàm vitiosa M. S. impuritas, minus congrua atque conveniens sanitati conservanda? At, non tantum hæc omnem adimplent campum, sed & simul aliæ exinde laxantur actiones: hinc videas ob spissiore sanguinem debilioremque pulmonum, ut & aliarum partium tonum ad liberam respirationem concurrentium, eandem aliquantulum sufflaminari, unde ita spissus, non sufficienter attenuatus prædicta & nunc recensita causat. Sanguificatio & chyli transmutatio turbata ex iisdem promanat causis. Ventriculus ingesta non digerit, sed crudiora relinquit pro simili generando inutili atque crassiori chylo: & quoniam videmus in tristitia omnes partes corporis enervari, atque robore tonico privari, ideo etiam secretio bilis atque succi pancreatici, concurrentium ad perfectiorem chylicationem retardata, hanc imperfectiorem reddit: quid inde mirum, dum hic succus nutritius non tantum deficit, sed etiam impurior, viscidior existens, tonò fibrillarum dejectò nutritionem lædat, annihilat, hominemque vivum, unbris similem faciat. Quoniam verò talis mœstus simul anxietate, versus objectum fertur, hinc est iterum contrarii motus; quòd magis verò contrarii instituantur motus, ut diximus ex FERNELIO de *Agonia*, eò magis sanitati, vitæque struunt pericula, unde sufficienter patet, cur mœror anxios immoderatus sit morbi mortisque autor: ut verò etiam pateat quales soleant exoriri morbi, paucis ulterius, breviter tacta diagnosi delibabimus.

§. IX.

Speramus quidem, hujus animi perversi pathematis non necessariam esse diagnofin, hæc enim facilè ex relatione patientis dijudicatur: fin verò hic fimulet, factorum recordetur Medicus: fin ipfi cognita fuerint; attendat vultum pallidum, oculos notet triftes, animumque dejectum & fibi minùs præfentem. Talis mœrens frequentius fufpiria mittit, & ex profundo fpirat. Pulsus in eo eft inæqualis, mox tardus & mollis, mox celer ob anxietatem, fub qua & facies fugitivo rubore coloratur. Quæruntales, atque amant folitudinem, & femet ipfos confumunt, deficiente nutritione, & turbatis omnis generis actionibus, fe- & excretoriis motibus. Morbi, qui exinde nafci, atque præfagiri prognofofos loco angenti atque mœrenti poffunt, funt varii: elucet enim id ex prædictis, cum ferè nullus actus vitalis in fuo ftatu naturali plenariè conftitutus maneat, ideo etiam omnis generis morbi, inevitabili morte, nifi mutet mœrens fuas animi paffiones exoriuntur: ut tamen quofdam revelem, adeo alterum Principem Medicorum GALENUM, dicentem maximè oriri morbos chronicos *L. 5. de Loc. Aff. Cap. I. ob mœfitiam aliqui perierunt, fed non ftatim, ut qui timore aut voluptate maxima. affentit huic D. PET. ANDR. MATHIOL. ita fcribens: Mœfitia univerfum infrigidat corpus, Calorem innatum exftinguit, appetitum deftruit, concoctionem impedit, intellectum pervertit & corpus exficcat. Corpus exficcati, feque ipfum confumere, teftantur fæcra literæ. Præter mala chronica, ut eft malum hypochondriacum, hiftericum, melancholicum, hefticum, cachecticum, hydropticum &c. intelleximus fupra ex mœrore anxio mutari febres intermittentes, continuas benignas in malignas, an verò fimpliciter & per fe absque dictis febribus præfentibus, malignæ exoriri poffunt ex eo, mihi nondum obfervare licuit.*

§. X.

His fin cupimus mederi, erit potiffimum animo, primò per oratorias perfuafiones, medendum, ut, quidquid his
con-

contigerit, committant patienter Deo, à cujus divina voluntate atque difpofitione omnia promanarunt, habeantque in eum folidam & efficacem fiduciam, adverfa in grata mifericordiffimè mutaturum. 2dò Divertatur horum animus per converfationes rerum amœnarum. Occupentur hi jocis, jucundisque peregrinationibus. Blandiantur honoribus, maximè, fin mœfti fuerint ex prostitutione. Succurratur his neceffariis, fin infortunia corporalia paffi fuerint. Præter dictas occupationes, CICERO *Epift. 28. ad Tyranem ita loquitur: Audio te animo angî, & medicum dicere, ex eo te laborare. Si me diligis, excita ex fomno tuas literas, humanitatemque, propter quam mihi es chariffimus. Nunc opus eft, te animò valere, ut corpore paffio.* 3iò Propinet Medicus talia medicamina, quæ fanguinem in debito motu atque crafi fervare poffunt cum abforbentibus, cordialibus, ut funt margaritæ, &, calces ex fïo, Conch. &c. 4tò Attendat, caufas remotas quascunque, ut & hæc fupprimantur, atque refpiciat regulas diætericas, quæ, absque contra indicante v. g. febre maligna, cui quoque ut decet junctis temperatis cordialibus fuccurrendum eft, admittunt vinum generofum, gultu fuave atque amœnum, fuadentibus fæcra paginis. *L. Proverb. Cap. XXXI. Verf. VI. & VII. Date ficeram mœrentibus, & vinum his, qui amaro funt animo. Bibant & oblivifcantur egeftatis fuæ, & doloris fui non recordentur amplius.*

F I N I S.



LIBRARIUS
M. D. C. C. C.